Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



73

uirtutes eradicant. In uno enim malo innumera peragunt.
quia seminando discordias. carnales que minimum uirtutum e
omnium mater extinguunt. Quia autem nihil est pretiosius do
uirtute dilectionis. Nihil desiderabilius est diabolo extinctio
ne carnalis. Quisquis igitur seminando iurgia dilectione
proximorum perimit. hosti dei familiarius seruit. quia qua
ille amissa cecidit. hanc iste uulneratis cordibus subtrahens.
eis iter ascensionis abscidit. At contra admonendi sunt
pacifici ne tante actionis pondus leuigent. si inter quos
fundare pacem debeant ignorent. Nam sicut multum
nocet si unitas desit bonis. ita ualde est noxium si in desit
malis. Sicergo puerorum nequitia in pace
iungitur. profecto ex malis actibus robor
augetur: quia quo sibi in malitia con
gruunt. totos se robustius bonorum afflictio
nibus illidunt. Hinc namque est quod contra damnati illi
uasis uidelicet antichristi predicatores. diuina uoce beato
iob dicitur. Membra carnium eius coherentia sibi. Hinc
subsquamarum specie de eius satellitibus phibetur: Vna uni
coniungitur. ac ne spiraculum quidem incedit preas. sequa
ces quippe illius quo nulla inter se discordie aduersitate
diuisi sunt. in bonorum grauius nece glomerantur. Qui
ergo iniquos pace sociat in iniquitati uires administrat.
quia bonos deterius deprimunt. quos unanimitas pse